Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Manuscripta Rhenaugiensia - Cod. St. Blasien 33 bis 37

[Pars IV] - St. Blasien 36

Rusconi, Bernhard

[Südschwarzwald, St. Blasien u.a.], [2. Hälfte 18. Jh.]

die Blasiusreliquien

urn:nbn:de:bsz:31-46582

Visual Library

Notanda

Circa Reliquias S: Blasij M: et E:
Quando, et per quem fuerint transportatæ Rhenovio ad Monasterium S.ti Blasij.

1.o quod tempore S: Fintani reliquiæ S.ti Blasij Martyris ad Renaugiam Româ venerint, patet ex illis verbis: = Item foris positus priori año, = quo claustrum erat ingressurus omnibus noctibus = stans in Ecclesiâ in oratorio pernoctavit; igitur = priori nocte, antequam S: Blasij reliquiæ huc ad = Renaugiam de Roma venirent, more solito p cras= =na ergo die super ipsum altare easdem posuere = reliquias p. Iterum in artissimo loco positus = cum mane diei futuræ reliquiæ sæpe memorati = Martyris ab eodem loco in vicinum saltum depor= =tandæ fuissent p. Ex quo sequi videtur: Primo sacras has reliquias advenisse tempore, quo S: Fintanus claustrum nondum fuerat ingressus. Secundo translatas esse ad vicinum saltum S: Fintano jam incluso. Tertio non per ipsum S: Fintanum, prædictas reliquias illuc translatas esse, utpote cum propter votum non amplius relinquendi clausuram factus fuerit anxius p. ut patet ibi in eius vita.

Quo anno autem hæc translatio contigerit decidetur ex illa reflexione supra Lit: C. num: 2. factâ, utrum S: Fintanus ante vel post restaurationem Rhenovium venerit!

2.do advertendum, quod a.o 995. in diplomate Ottonis III. Monasterium primarie dicatur in honore S: Dei Genitricis Mariæ, et S: Petri principis Apostolorum et S: Blasij Martyris Christi constructum esse.

at a.o 1049 in Diplomate Heinrici III Imp: legitur Mrium, quod â Wolvene in honorem S: Mariæ Virginis S: Petri, et S: Blasij Martyris

.83

reædificatum, et restauratum &c: vid. Chartar. Nr. 29o et 31o. Placet hic apponere glossam alicuius critici dicentis, et interrogantis, cur autem et ipse Wolvenus restaurator non intitulat Mnrium S. Blasij? rationem esse puto, quia primum post peractam restaurationem, at non multo post probabiliter ao 852. quo S. Findanus nondum inclusus erat, allatæ sunt hæ S.ti reliquiæ; adeo ut hic non immerito dicatur Mnrium in honore S. Blasij reædificatum &c: quid ad hanc glossam sentiendum sit relinquo aliis.

3o Interim asservantur Rhenovij de S. Blasio Ep. et M: frons capitis, quod ao 1206. ab abbate Heinrico à Wartenbach in argentea, et deaurata statua inclusum fuit.

Item lapis de Monte argeo, in quo S. Blasius habitavit.

Item reliquiæ de cranio, et membro &c: duorum puerorum cum S. Blasio interemptorum,

Item &c: 7. mulierum beatarum, propter passionem S: Blasij coronatarum.

4o Si S: Fintanus jam ao 800 Monasticen Rhenovij amplexus est; alba cella autem non ante confirmationem regiam ao 858 Mnrio Rhenov. dotata est, quomodo reliquiæ S. Blasij vivente S: Fintano ad Mnrium S: Blasij s. albam cellam asportari potuerunt? certo non invenio motivum huius translationis. Secus esset, si post dotationem albæ cellæ Mnrio nostro factam, illa facta fuisset, sed hoc subsequo tempore S: Fintanus non amplius in vivis extitisset, nescitur ergo cui sententiæ accedendum sit.